Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



respicit; Ut illud. super quem respiciam. nisi sup humilem & trementem
sermones meos. Quando sunt alti sci. quando contemplantur de celestibus.
& tunc sunt humiles in terra. quando se humiliant. in activa. Eleuantur
in contemplativa. & illi qui in terra sunt humiles. apud dm sunt alti; Quare
non dixit in humilib: habitat. sed dixit respicit. Deo quia ubi respicit. ibi habi
tat; & ubi habitat. ibi respicit. Suscitans a terra inopem. & de capite
& de membris intelligitur; suscitans. hoc est suscitauit ds pater xpm.
qui in nobis & pauper pro nob factus. e; & nos inopes id est sine patre diabolo. sine
matre gentilitate suscitamur a xpo; & de stercore erigens pauperem: Quod
dr de interra hoc. de stercore; & quod dr inopem hoc. e. & pauperem. quia
de terra & putridine peccatorum nrorum erexit nos. Ut illud quod superius dix
pulus & terra; Ut collocet eum cum principib: populi sui; Collocauit ds pa
filium suum in celestib: in dextera sua. & dominator sup principibus. id est
sup nouem ordines angelorum. secundum illud. Princeps militiae. uel
princeps uirtutum ego sum; & sup scos. id est quia & sua membra conlocauit cum ipsis nouem
ordinibus angelorum; Qui habitare facit sterilem in domo. matrem filiorum
letantem; Sterilis. hoc. e. sca ecclesia. Unde in prophetam dicit;
Laetare sterilis. & canta; in primitus sterilis fuit sca ecclesia. quia non gene
rabat filios. nisi paucos; synagoga habuit uerum dm. sed tunc paucos gene
rauit; Postea ecclesia quae antea sterilis fuerat. in una die uel duos gren
des pastus fuit quando generauit; Filii. & in prophetam dicit. Qui sunt
isti aut quis genuit illos mihi. fac mihi spacium. & urbes ubi habitem;
Ecce ds dixit. Ego faciam; In omnem terram exiit sonus eorum. hoc. e. in
toto mundo. Qui habitare facit sterilem in domo. hoc. e. in eccle
sia; & ipsa. e. sterilis. & ipsa. e. mater. & ipsi sunt filii. & in semetipsa
habitat. hoc. e. unitas ecclesiae. Unaires. e. & multa membra. sed unum cor
pus. multi sunt. Ut paulus dicit; & ibi letabitur in semetipsa. hoc. e. in
unitate. Centesimus tertius decimus psalmus uocem continet
prophetae. ostendens ut que in eo historice narrantur.
spiritaliter dicta intelleguntur.
Nexistis de aegipto. Domus iacob de populo barbaro; Iste psalmus
secundum istoriam commemoratur. quando filii israhel exierunt de aegipto.
sed plus pertinet ad sensum. quando nos liberati sumus de aegipto. hoc est de tene
bris. & ignorantia peccatorum nostrorum per baptismum; Domus iacob de populo
barbaro liberati fuerunt illi israhelitici. hoc. e. de illa gente quae in aegipto